



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvscvlorvm Spiritvalivm  
Tomvs ...**

**Łęczycki, Mikołaj**

**Antverpiae, 1650**

[Proœmium]

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](#)

# NICOLAI LANCICII

## E SOCIETATE IESV OPUSCULVM SPIRITVALE

Q V I N T V M .

De mediis ad virtutes initio vitae spiritualis acquisitas, postea  
conseruandas & augendas.

### INDEX CAPITVM

#### H V I V S O P U S C U L I .

- Tria prima Monita: quod vota despon-  
deant animam Christo: & exigant  
amorem erga Deum, sicut in suarum  
rerum communicatione. CAP. I.  
De fidelitate Deo debita, & de obedien-  
tiā. CAP. II.  
De progresso in virtutibus curando, & in  
quo ille situs sit. CAP. III.  
De Examine particulari. CAP. IV.  
De quotidianā meditatione. CAP. V.  
De Examine generali quotidiano. CAP. VI.  
De Eucharistiā pīe suscipiendā. CAP. VII.  
De frequenti Colloquio cum Patre spiri-  
tuali. CAP. VIII.  
De curā minimorum. CAP. IX.  
De fugiendis septem defectibus qui sunt,  
Libertas in agendo: Sermones de rebus  
friuolis: Colloquia cum personis veteris:  
Conuersatio cum non spiritualiter vi-  
uentibus: Irrisio aliorum periculosa: Par-  
ticularis amicitia: Negligentia in officiis  
domesticis manualibus. CAP. X.  
Vitium immodestia fugiendum. CAP. XI.  
Quatuor particulares immodestie defectus  
vitandi: Vox clamosa: Nimis risus & ca-  
chinni: Sermo scurrilis: Oculorum cu-  
riostas; prorsim circa formosas fa-  
cies. CAP. XII.  
Tria monita: Primo anno schola & magi-  
sterij sibi attendendum: non minuenda  
opinio de sanctitate Ord. vel Congrega-  
tionis, ob defectus aliorū: Occupationes di-  
stractiae non impediunt profectū in vir-  
tutibus, si seruerūt antea dicta. C. XIII.

Index rerum præcipuarum huius Opusculi, positus est in fine  
totius Operis.

### PRO O E M I V M .



Ogatus à quibusdam, vt  
nolte Societatis iuuenibus,  
aliqua traderem cōsilii, seu  
monita, pro conseruandis  
& augendis virtutibus in  
Nouitiatu acquisitis, vel, vt  
loquuntur Asceta, pro con-  
seruando & augendo spiritu; id feci libenter.  
Sed cū aliquantante annos, ea quibusdam in

Bohemiam pro vsu priuato describēda dedissem,  
& didicissem profituisse; postea opere pretiū exi-  
stimauit me facturū, si pro aliis quoque vitę Spi-  
rituali addic̄tis, ex publici iuris facerē, vt nunc  
facio. Sunt enim eiusmodi omnia, vt excepto  
ferē primo breuissimo monito, reliqua in quo-  
vis hominum statu vitam spiritualem colen-  
tibus, magno usui possint esse. Talia enim h̄c tra-  
duntur instrumenta virtutum, sita in vitandis  
serid

seriò quibusdam vitiis, & in obeundis ritè perfectionis officiis, quæ omnes pietatis alumnos adhibere necesse est, si Diuinæ Majestati valde accepti, & sancti esse desiderant. Quoniam verò potissima fuit causa, ita scribendi, pro nostris iuuandis Adolescentibus, ideo quam plurima ex nostræ Societatis Institutis in medium protuli, qua cùm sín à Sanctâ Sede Apostolica non semel laudata, & per publica Diplomata confirmata, ac pleraque ab ipso S.P. Ignatio, eximia sanctitatis & prudentiae ac experientiae Legislatore nostro diuinitus edocto, sancta, magnè auctoritatis pondus, & fidem apud omnes Catholicos habere debent, ac sedulam imitationem atque executionem merentur.

Porro vbi Nouitiatu Religiosus in hoc nominatur Opifculo, is qui illud leget in statu seculari vitam spiritualem amplexus, per Nouitiatum intelligat, sicut in spirituali vita tirocinium, eiusque primum exordium: & sibi ea vindicta esse, vel facienda existimet, que mihi & charissimis Fratribus, post Nouitiatum nostrum vitanda & facienda proposui. Gicznij in Bohemia Anno Domini 1638.

## CAPUT PRIMUM.

## Continet tria prima Monita.

## Monitum Primum.

**A**gnosce per vota Religiosa, immo, suo modo, ea quoque, quibus seculares Sacerdotes se ligati, Deo oblata, (vti ophrhat & suadebat suis  
Or. 8. in 1. S. Iohannes Chrysostomus,) te non solum Christo  
Corint. adhesisse, sed etiam adglutinasse, & non tantum desiderio, (vti fuiti in Domo probationis, & vita  
Aug. tr. 9. spiritualis initio) sed re ipsa factam esse animam  
in Ioan. tuam, sponsam Dei: quemadmodum docet SS.  
Ber. l. 85. PP. Augustinus, Bernardus, & alii: immo Christus ipse, qui S. Birgittam ob solum desiderium  
& s. a. de mut. q. Paupertatis & Castitatis & specimen Obedientie  
in vin. S. Thom. adhuc in seculari statu constitutam, in Spō  
in 4. d. 7. fam suam elegit. Tu, inquit, quadam iure facta es  
q. 1. a. 3. ad mea; cum in morte mariti tui, voluntatem tuam in  
3. manu meas absignisti: cum etiam eo defunctori cogitasti,  
l. i. Reuel. & rogasti, quomodo pauper pro me esse posset. Et voluisti pro me omnia relinquare: & idē de iure facta es  
cap. 2. mea. Et oportuit me pro tantâ charitate, tibi prouidere. Propterā assumte mibi in Sponsam, & in meā propriam delectationem, qualem decet habere Deum, cum anima casta. Et, res simila dicens alio in loco  
l. i. Reuel. addidit, & cum corpore casto. Cum ergo anima  
cap. 2. 6. tua, per vota religiosa, sit re ipsa sponsata Dominino Deo tuo, que anteā proprie conformitatem voluntaris cum Deo, erat Sponsa Verbi, ut  
ait S. Bernardus.) idē nunc, maiorem quam in  
Nouitatu, amorem erga Deum & res eius, maioremque fidelitatem, & curam rerum Sponsi  
tui, & maiorem obedientiam, in exequenda

eius, non tantum expressa voluntate, sed etiam quavis propensione & nutu, præstare debes: quandoquidem bona sponsa terrena, haec tria exactè obseruant erga sponsos suos, qui infinito interuallo distant, & omni perfectione superantur, à Sponso tuo cælesti.

Nam, vrat S. Macarius, anima, quam Christus 2. Sponsus cælestis, sibi desponsauerit in Societatem suam mysticam ac Diuinam, quæcūq; gaudiuerit opes cælestes, diligenter & ingenuè debet placere Sponso suo Christo, ac ministerium Spiritus sancti, sibi creditum, decenter & conuenienter implere: nempe Deo placens per omnia, & Spiritum in nullo contristans, preclarans erga illum temperiantem & dilectionem, sicut oportet conservans; in domo Regis cælestis recte conuersans, quacunque potest benevolentiā, sibi datam gratiam amplexa.

Monitum secundum, Quoniam amor erga Deū, 3. vt ait S. P. Ignatius, ab operibus magis quam à ver. Contép. bū pender, & conséfit in munū facultatum, rerum & de amore, opum communicatione, puta, scienzie, diuinarum, bonorū, & boni cuiusque; Ideo maiori studio nunc, quam antea Sponso tuo cælesti, anima tua debet factis demonstrare amorem, per communicationem omnium rerum & bonorum suorum. Mulier enim viro despontata, inquit S. Macarius, pre summo amore, omnes facultates suas, dotem vniuersam offerens, prouicit in manus viri, hisce verbis: Nihil habeo, quod sit meum, quecumque posideo, tua sunt: etiam dos est tua: & anima mea, itemque corpus meum tuum est. Ita temperans anima, est Virgo Domini, societatem habens cum sancto eius Spiritu.

Quocirca & tu dona Deo Sponso tuo te & omnia tua, & factis ostende donationem tuam, 1.2. in 1. Vetus enim est illud, quod scribit S. Gregorius Papa: Signum amoris, non est in affectione animi, sed in studio bone operationis.

Monitum tertium. Porro hæc communicatio 4. bonorum, consistit in tribus: Primo vt omnia opera tua Deo offeras per puram intentionem, iuxta præscriptum Reg. 17. Summarij & Regi. Scholasticum, offerendo scilicet singula opera, saltem in principio, purè ad obsequium & laudem & gustum Diuinæ Majestatis; non ad vnum, et si licitum, finem, etiam supernaturalis præmij cælestis, multò minus, ad finem humanum, vel vanas gloria aut laudis, aut vi habeare pro docto, pro ingenioso; vt defendas, vel promoueras ad altiora studia, vel gradus. Nam si S. P. Ignatius, ne quidem, ob spem priorum cæstium, nos vult facere ea, que facimus, multò minus operandum est, ob alios fines humanos, præsertim, cum aliqua imperfectione coniunctos. Qui perfectus est, inquit Clemens Alexander Strom. diuinus, opus bonum eo solo expedit, quoniam honestum est. & quia Deum amat, ea operum ipsius causa longè gravissima est. Aufim etiam dicere, non ed operari, quod saluus esse velis. Quia intentionis puritas, tanti momenti est, & adeo in quavis re particulari à nobis adhiberi debet, sincere spectando puram Dei